Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



10

Ad Reges Juda et Benyamin Reg 24

Joachim

· 2 Reg · Joachim · 11 ·

· 2 Par · Sedechias · 11 ·

Hic Joachim qui et Eliachim Josie primogenitus scilicet malum coram domino iuxta omnia que fecerant patres eius hunc Pharao Necho rex egipti Joachaz dimoto constituit regem pro patre suo Josia et mutato nomine vocauit eum Joachim Et mutato nomine signum est subiectionis huius domo quadro Nabuchodonosor regnare cepit in Babilonia qui octauo anno regni Joachim ascendens in Jerusalem cepit eum ac ligatum trahebat eum in Babilonem et nobiles quamplures cum eo In itinere vero imposito sibi tributo et retentis obsidibus de semine regio ceteros et danielem remisit eum in Jerusalem et seruiuit ei Joachim tribus annis Dum audisset quod rex Egipti et Nabuchodonosor pugnare vellet negauit ei tributum quod sibi promiserat Hinc Nabuchodonosor ascendens in Jerusalem sub iure sedis meruit in eum Et cum maneret fidem non tenuit et fortissimos quosque iuuenes Judaeorum pro rege abiecit quos et in iuuenes in septuagintum prouici iussit

Hic Joachim qui et Jechonias

Joachim filius patri succedit in regno Nabuchodonosor eum subiciere pro timuit Nabuchodonosor ne memor prime mercis adhereret egipcios et pugnaret aduersus eum redyt et obsedit Jerusalem Joachim vero ad locum Jeremie cum matre et omni domo sua et principibus suis ad eum egressus est et suscepit eum rex Babilonis anno octauo regni sui Et transtulit eum ac omnem Jerusalem thesauros quoque domus domini et domus regie in Babilonem Quia vero isti sponte se tradiderunt proprie dicitur quod hic sit transmigratio Alia vero eo quod per violentiam tracti sunt sub Sedechia dicitur captiuitas Jude

Transmigratio

Captiuitas

Hic Sedechias qui et Mathanias Josie tertius filius Joachim nepote suo transmigrato in Babilonem a Nabuchodonosor constituus est rex Jude ut sub tributo seruiret ei mutato nomine vocauit eum Sedechiam Et nono anno Nabuchodonosor rex Babilonis cum exercitu suo obsedit Jerusalem ei quod negauerit ei Sedechias tributum Hinc rex Egipti egressus est ex Egipto qui soluentes obsidionem Jerusalem Et recessit Nabuchodonosor rex Babilonis a Jerusalem in occursum eius et fugatus eum in ore gladii et de prouincia eiecit exercitum Porro undecimo anno Sedechie redyt Nabuchodonosor et cum eo Nabuzaradan Princeps exercituum et obsidentes